Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

·III·

Josaphat filius pharuc
in ysachar. Semei filius hela. in be
iamin. Gab filius suri. in tria gala
ad. in tria seon regis amorrei. og
regis basan. sup omnia que erant
in tria illa. Juda. israel. innumerabiles sicut
harena maris. in multitudine comedentes
et bibentes. atque letantes. Sa
lomon autem erat in ditione sua hys
omnia regna. sic a flumine usque phy
listiim. usque ad terminum egypti. offe
rentium sibi munera. et seruientium ei cun
ctis diebus uite sue. Erat autem cibus
salomonis per singulos dies. xxx. cho
ri similae. et lx. chori farine. et x. boues
pingues. et xx. boues pascuales. et
c. arietes. excepta uenatione cerui. et
capreae. atque bubali. et auium alti
lium. Ipse enim obtinebat omnem
regionem que erat transflumen.
usque athapsa usque gazam. et omnes
reges illae regionum. et habebat pace
ex omni parte in circuitu. Habitabatque
iuda et israel absque timore ullo tim
ore. usque sibutite sua. et subsidia sua. a
dan usque bersabee. cunctis diebus sa
lomonis. Et habebat salomon. xl.
milia presepia equorum curulium. et xii.
milia equitum. Nutriebantque eos
iuxta domum regis preceptis suis et necessa
ria mensae regis salomonis cum in gente cura
plebant in tempore suo. Ordeum quoque
et paleas equorum et iumentorum deferebat
in locum ubi erat rex. uxta constitu
tum sibi. Dedit quoque deus salomoni
sapientiam et prudentiam multam nimis.
et latitudinem cordis. ut harena quae est
in litore maris. et precedebat sapientia
salomonis sapientiam omnium orientalium
et egyptiorum. et erat sapientior cuncti
s hominibus. sapientior ethan ezra
hite. et eman. et chalcol. et dorda filii ma
al. et erat nominatus in universis gentibus
per circuitum. Locutusque est salomon tri
milia parabolas. et fuerunt carmina eius
quinque milia. et disputauit super
lignis a cedro que est in libano. us
que ad ysopum que egreditur de pari
ete. et disseruit de iumentis et de uo
lucribus. et de reptilibus. et piscibus. et ue
nebant de cunctis populis ad audien
dam sapientiam salomonis. et ab omni
bus regibus terre. qui audiebant sapi
entiam eius. ·V· Misit quoque hy
ram rex tyri seruos suos
ad salomonem. Audiuit enim
quod ipsum unxissent regem pro patre
suo. quia amicus fuerat hyram domi
no suo. Misit autem salomon ad
hyram dicens. Tu scis uoluntatem
dauid patris mei. et quia non potuerit
edificare domum nomini dei sui. pro
bellis imminentibus per circuitum. donec
daret dominus eos subiectos pe
dibus eius. Nunc autem requiem dedit
dominus deus meus in circuitu.
et non est satan. neque occurrit malum.
Quam ob rem cogito edificare tem
plum nomini domini dei mei. sicut lo
cutus est dominus dauid patri meo
dicens. filius tuus quem dabo de
prole sua super solium tuum. ipse edifi
cabit domum nomini meo. Pre
cepit igitur ut precidant in cedros de ly
bano. et serui mei sint cum seruis
tuis. Mercedem autem seruorum tuorum da
bo tibi. quicquid petieris. Scis enim
quia non est in populo meo uir qui noui
ligna cedere sicut sydonii. Cum autem
audisset hyram uerba salomonis. leta
tus est uehementer. et ait. Benedictus dominus deus
hodie. qui dedit dauid filium sapi
entissimum super populum hunc plurimum.
Et misit hyram ad salomonem
dicens. Audiui quaecumque mandasti
mihi. Ego faciam omnem uolun
tatem tuam in lignis cedrinis et
abietinis. Serui mei deponent ea